Barański Stanisław: Quaestio physica de coelo.

✠

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO PHYSICA, De Cœlo,

Ex Libro Aristotelis 1. Cap. 1. tex. 8. Cap: 2. tex: 22.

DESUMPTA;

&

Sub Felicissimo Regimine

Magnifici, Perillustris & Admodùm Reverendi Domini,

D. M. STANISLAI PHILIPPOWIC,

Sacræ Theologiæ DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegii Majoris Senioris Patris, Ecclesiarum Collegiatarum; S. FLORIANI ad Cracoviam DECANI, Curelovienfis SCHOLASTICI, Parochialium Præmykoviensis PRÆPOSITI, in Igołomia CURATI, Contubernii Starnigeliani & Alumnatûs Roszczeviani PROVISORIS, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

RECTORIS.

A

M. STANISLAO BARANSKI,

Philosophiæ Doctore & Professore, Contubernii Philosophorum Seniore.

Pro loco in Collegio Minori obtinendo, t.t.

publicè ad disputandum

In Lectorio

Clarissimorum Dominorum Theologorum

PROPOSITA.

Annô Domini. 1750. Die 2. Decembris

Cracoviæ Typis Universitatis.

QUÆSTIO.

U. Cœlum, quod est corpus simplex, compositum tamen ex materia & forma, & quidem materia distincta specie à materia sublunari, influat in hæc inferiora? nec ne?

CONCLUSIO I.

Cœlum est corpus simplex.

COROLLARIA.

I. *Cœlum est corpus simplex, simplicitate quæ opponitur mixtioni.*

II. *Quantumvis Cælum sit corpus simplex, non tamen aliquod ex elementis.*

III. *Cælum est corpus altioris & excellentioris naturæ, quàm elementa.*

IV. *Cœlum non est corpus elementatum.*

V. *Neq; Cælum habet quatuor qualitates primas elementares.*

CON-

CONCLUSIO II.

Cœlum est compositum ex materia & forma.

COROLLARIA.

I. *Cœlum non est forma per se absq; materia subsistens, accidentibus sensibilibus affecta; ut docuit Averroes.*

II. *Cœlum non est corpus animatum,*

III. *Cœlum licèt non habet formam viventem informantem, habet tamen assistentem.*

IV. *Cœlum utpotè inanimatum, est imperfectius omni vivente.*

V. *Cœlum non tantùm ex materia & forma substantiali, sed etiam ex formis accidentalibus est compositum.*

CONCLUSIO III.

Materia Cœlestis distingvitur specie à materia sublunari.

COROLLARIA.

I. *Cœlestis & sublunaris materia, sunt ejusdem speciei subalternæ.*

II. *Cæli & sublunarium materia, specie infima sunt diversæ.*

III. *Diversitas specifica materiæ Cœlestis & sublunaris, non provenit ex earum entitatibus.*

IV. *Diversitas materiæ sublunaris & Cœlestis, provenit ex diverso respectu ad formas.*

V. *Materia unius Cœli non est specie distincta, à materia Cœli alterius.*

CONCLUSIO IV.

Cœlum influit in hæc inferiora.

COROLLARIA.

I. *Omnis motus generationis & corruptionis, dependet ab influxu Cœli.*

II. *Influxus Cœli directè fit in hæc sublunaria corpora, indirectè in intellectum & voluntatem humanam.*

III. *Cœli in hæc inferiora, per motum & lucem influunt.*

IV. *Præter motum & lucem, Cæli etiam per occultas qualitates nobis ignotas & innominatas, multos effectus operantur in sublunaribus.*

V. *Cœlum in hæc sublunaria animata, non influit ut principalis, sed ut instrumentalis causa.*

Hinc
DEO Ter-Optimo Maximo
Laus & Honor,
Cujus Cœli enarrant Gloriam. *Psal:* 18.

Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.